

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ... )


Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.  
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

**Beyschlag, Friedrich Jakob**

**Halae Suevorum, M.DCC.XXIX**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16134**



*BENEVOLO LECTORI*

*S. P. D.*

FRID. IAC. BEYSLAGIVS.

**T**Res cum maxime efflu-  
xerunt anni, cum pri-  
mum ad edendam hanc Syl-  
logem animum appellerem.  
Non caruit hoc institutum  
applausu, quo & factum est,  
ut primus hicce Tomus,  
quinque Fasciculis constans,  
\* 2                    inte-

---

P R A E F A T I O.

---

integer tandem prodire possit, etsi difficultas non una mihi interim superanda fuit, cum deesset, qui suis hanc opellam sumtibus excudendam curaret. Tomi secundi Fasciculi duo priores lucem exspectant, preloque parati sunt. Spero enim, fore tandem, ut plurium virorum eruditissimorum, (qui præter meritum exiguæ huic meæ collectioni magnopere favent, cuius rei testimonia publice privatimque extare perquam benevole voluerunt,) commendatione excitatus prodeat bibliopola aliquis

aliquis, cuius impensis hæc Sylloge in posterum edi, ac rogatu virorum laudatorum continuari queat. Meas quidem, quas subinde aliorum laboribus, tanquam purpuræ pannum, interferere hucusque confuevi, commentationes qualescunque, tanti non esse, ut sumtu aliorum evulgentur, lubens fateor; sunt mihi tamen in promptu non pauca alia scripta, luce forsan non indigna, quæ partim quorundam Fautorum liberalitati debeo, partim inter meas reculas adhuc servavi, & hac ratione ab  
 \* 3 interitu

P R A E F A T I O.

interitu, (cui in ferali patriæ  
meæ Halæ Suevicæ incendio  
d. 31. Aug. a. 1728. proxima  
fuerunt,) vindicare studebo,  
uti per triennium, edito, ob  
defectum impensarum, a bi-  
bliopola quodam facienda-  
rum, meis sumtibus hoc pri-  
mo Tomo, initia feci huius  
instituti, in gratiam virorum  
doctissimorum, qui illud suo  
favore & commendatione,  
aliaque ratione honesta ad-  
iuvare & promovere non  
dubitarunt. Cæterum pro-  
fiteor, gratum mihi fore,  
si porro apud nos imprimi  
hæc Sylloge posset, cum  
opus-

opuscula illi inferenda alio  
mitti, non tutum semper,  
aut consultum esse, arbitrer,  
& ut emendate prodeat hæc  
collectio, ipse eius curam ha-  
bere soleam; pleraque enim  
errata, in hoc primo Tomo  
occurentia, quæ studiose in  
fine eius annotavi, quæque  
haud gravatim corrigi ve-  
lim, vix remoram aliquam  
lectioni iniicere posse, con-  
fido. Etsi enim nostro ty-  
pographo perquam accura-  
ti typothetæ laudem mini-  
me denegare possum; is ta-  
men ob ætatis rationem, ubi  
& acies oculorum deficere  
solet,

folet, maximam huius laboris partem in operarum administratos transferre coactus fuit, quorum cura, sicut & mea, magna quidem fuit in opere hoc emaculando, in primis quod ad posteriores attinet fasciculos; homines tamen cum simus, etiam hic aliquid humani passos nos esse, ultro fatemur. De Appendice, in Fasc. IV. promissa, sub finem Fasc. V. diximus. Vale L. B. & nostrum, quod tibi dicavimus, studium favore tuo profequi perge. Dab. Halæ Suevicæ, exeunte Anno M. DCC. XXIX.

FRIDERICI JACOBI  
BEYSCHELAGII  
STYVASIO SVETORVM  
VIRO

*Summe Venerando, Excellentissimo  
atque Amplissimo,*

GVSTAVO GEORGIO  
ZELTNERO,

Sacrofanctæ Theologiæ Doctori,  
huiusque & Lingg. Orient. in alma Norim-  
bergensium Academia Altorfina Professore  
Primario, Ecclesiæque ibidem  
Pastori,

Viro de gravissimis, quæ or-  
nat, muneribus, & de re literarum  
publica, editis, ætatem laturis, monimen-  
tis, longe meritissimo,

*Suo olim Præceptori & Hospiti,  
nunc PATRONO devota mente  
semper colendo,*